Sit notum cunctis quod ego Alamanda de Ripa et Raimundus maritus meus et infantes nostri Guillelmus Petrus Maria Arsendis et Raimunda omnes de parrochia de Tona vendimus tibi Berengario
de Molis et aliis presentibus [illegible] et cum [illegible] tuis et cui volueris in perpetuum per nos et nostros bona et libera voluntate in presentia cum hoc publico instrumento totam illam partem expletorum
sive agrarium et etiam ius sive dominium quod habemus et habere debemus racione mansi nostri de Ripa in octo peciis terre sic inferius declaratis. Quarum una tenet pro tibi Berengarius Bay-
-sit et consuevimus ibi accipere tascam et braceaticum et afrontat ab oriente et occidente in honore Raimundi de Corda. A meridie in honore mansi de Riaria. A circio in ipsa via que inde tran-
-sit. Et etiam tenet Raimundus Combau pro tibi tres pecias terre que sunt in predicta venditione in quibus solitum consuevimus accipere tascam et braceaticum. Quarum una terminatur
ab oriente in domibus Bernardi Combau quondam. A meridie in honore Raimundi de Corda. Ab occidente in honore mansi de Riaria. A circio in ipsa Guerana de Ripa. Secunda terminatur ab oriente in ho-
-nore [illegible] A meridie in ipsa [illegible] Grossa ab occidente in honore Raimundi de Corda. A circio in honore mansi de Riaria. Tercia vero pecia terminatur ab oriente in honore G.
de Vendrano. A meridie in ipsa costa [illegible] ab occidente in honore Raimundi de Corda. A circio in honore [illegible] Combau. Item tenet pro tibi Ermesendis [illegible] una pecia terre que
est in predicta venditione que consuevit dare tibi tascam et braceaticum. Terminatur ab oriente meridie et occidente in honore Raimundi de Corda. A circio in via que inde transit. Item tenet pro tibi
Maria Sabata tres pecias terre que sunt in predicta venditione que consuevit tibi dare tascam tantum. Quarum una terminatur ab oriente in honore Petri de Riaria. A meridie in honore
Bernardi de Cortacuna ab occidente in domibus mansi [illegible]. A circio in honore Bernardi Combau. Secunda terminatur ab oriente occidente et circio in honore Raimundi de Corda. A meridie in honore
Bernardi Jorona. Tercia terminatur ab oriente in honore Raimundi de Corda. A meridie in honore Petri de Riaria ab occidente et circio in honore Bernardi Combau. Totam namque
partem expletorum sive agrarium et etiam ius et dominium quod habemus et habere debemus et accipere consuevimus in predictis octo peciis terre cum omnibus iuribus suis accessibus exitibus et
melioramentis et cum omnibus aliis quecumque ad nos pertinent vel pertinere debent tibi et tuis et cui volueris ad voluntatem tuam tuorumque faciendam. Proprio vendimus pro quadra-
-ginta solidis barchinonensis de terno. Quos fatemur habuisse et recepisse renunciando exceptioni non numerate pecunie. Et sic de nostro dominio iure et posse extrahimus et in tuum tuorumque tra-
-dimus. Salvo tamen iure dominorum in omnibus. Et de predicta venditione induimus te de presenti in possessionem corporalem [illegible] in tuam potestatem nos et nostros penitus spoliantes. Et si hec
venditio plus valet precio [illegible] valet vel valuit totum quod [illegible] sit [illegible] tibi et [illegible] Et ego [illegible] minores [illegible] renunciantes beneficio minoris etatis et quod hec beneficio illius
legis qua decepti ultra dimidiam iusti precii subvenitur et aliis iuribus et rationibus repugnantibus contra predicta promittimus et tibi et cui volueris semper salvare et facere ha-
-bere [illegible] [illegible] semper [illegible] tibi et cui volueris [illegible] missionibus de omnibus dampnis et expensis circa eviccionem [illegible] nos etiam bona nostra
inde tibi et cui volueris pro [illegible] predicta obligantes. Et ego [illegible] iuro per deum et eius sancta iiii evangelia predicta omnia semper attendere et complere et non contravenire aliqua
ratione. Renuncians [illegible] ad hoc [illegible] beneficio [illegible] vel [illegible] et iuri ypothecarum et omni alii iuri et rationi mei [illegible] aliqua contra predicta iuvantibus. Actum est hoc iii.
nonas Februarii anno domini M° CC° LX° septimo. Signum Alamande de Ripa predicte iurantis. Signum Raimundi mariti eius. Signum Guillelmi. Signum Petri. Signum
Marie. Signum Arsendis. Signum Raimunde. Testes sunt Guillelmus de Molis, Petrus Susagni, Guillelmus de [illegible] Solaris.
Signum Petri de Albergerio scriptoris iurati sub [illegible] de Agrellis [illegible] notarii [illegible]
in Catalonia firmamus hanc cartam presentibus [illegible] de [illegible] et [illegible] scriptore [illegible] kalendas Maii anno domini M° CC° LX° septimo. Signum Raimundi
de [illegible] domini [illegible]
Signum [illegible] publici notarii [illegible] de Tona qui hoc scripsit [illegible] die [illegible]
clausit [illegible]